

Mythologia, Venise, 1567 - I, 08 : Quod unus necessario sit Deus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 08 : Quod unus necessario sit Deus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 08 : Qu'il faut nécessairement qu'il y ait un Dieu](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 08 : Que nécessairement il y a un Dieu](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 08 : Quod unus necessario sit Deus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/792>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 9r°-9v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

religionem in patriam transstulerunt, cum & ante Græcorum sacerorum ritus permulcos haberent, & siquid ad absolutam superstitionem deficeret, illud totū ex Hetruria sèpius acciperint: donec omnium superstitionum exercitor Christus, non modo tantam Deorum impurorum multitudinem profili-gauit, sed etiam veram, sanctam, & omnibus saluberrimam religionem introduxit: quæ nullæ vaquam vel levitatem gentium, vel impuritatem ac scelerem populorum, vel sacerdotum avaritia vel hereticorum calumniis, labefactabitur. Vbiique enim veritatem emergere necesse est. Atque tot huc inter dicta sunt de divisione Deorum variarum gentium.

Quod unius necessario sit Dei. Cap. VIII. 10

ETI res est, quæ ad veram theologiæ potius, quam ad fabularum explicacionem pertinet, num unus, & plures esse possint Dii inquirere: tamen quia non prorsus abhorret à theologia fabularum expositio, videtur conuenire huic loco ut breviter declarentur ea, quæ de uno Deo ab antiquis sapientibus probabiliter dicta fuerunt. Neque vñquam Platonis illam sententiam probandam esse magnopere censi, qui nefas esse dicebat, vbi huiusce vniuersitatis parentem inuenieris, in vulgus proferre: quasi vero alia sit omnibus utilior aut magis necessaria cognitio, quam omnium bonorum autorem Deum cognoscere, aut rem non cognitam conueniat venerari. Nisi fortasse ita inquieras, nullam oportere vulgus teneri Dei religione ac reverentia, & nescio quid colere & benevolentia prosequi, quādo amare Deū maxime omnium opus est. Multæ sunt igitur rationes, quæ vnum esse, ac non plures Deos ostendunt: nam si plures sint Dii hunc ipsum Deorum numerum ob singulorum imbecillitatē esse necesse est. Si sī sint imbecilli, quo pacto sunt Dii appellandi: hent enim eo pacto supplices potentiori, & aliquando deficient, quorum vtrunque cum misericordia, Dei naturæ qui conuincere poterit: videmus siquidem in omnibus animalibus eam esse naturæ prouidentiam, vt, quanto queque sunt debiliora, citiusque moriuntur, tanto plura ex his producantur, secundioraque sint. Quod si tantus erat Deorum numerus, quantum habuerunt antiqui, atque inter hos mares & feminæ, brevi futurum erat ut tot Dii deficeret magistratus & imperia, & nisi otiosi ac desides vivere malentes, cerdones, & agricultores, & fabros Deos haberemus, neque terra hominibus habitanda nostris temporibus iam esset relicta. Sed quoniam repugnat Deos esse, & plures esse, & esse mares ac feminæ, terra tota hominibus relinquitur. Præterea si plures sint Dii, necesse est eos esse vel pari vel impari potentia, vt Xenophanes ait Colophonius. Si sint quidam impari, quo pacto debiliores sint Dii, ipsi uiderint. Sin omnes pares existant, nolensque aliis volentes impediatis iam neque fieri, neque nos fieri poterit, quod non potest sine risu intelligi. Multa igitur odia & pugnae assidue inter hos Deos intercedent, quoniam sempiternæ intercedent cause, quæ nunquam cessabunt: neque enim pars parem vñquam, nisi fortuna profligabit. Alterum igitur horum necesse est, vel fortunam Dii etiam dominari, vel perpetuas esse inter Deos discordias & contentiones: quorum neutrum Deo conuenire ullo pacto potest. Est igitur Deus unus, sempiternus, potentissimus, optimus, felicissimus, quorum nihil potest esse cū animi perturbatione. Non sunt igitur antiquorum Dii, cum plures sint, cum cælum

C content-

Mythologiae.

contentionibus sit plenum, cum multò sint mortalibus miseriores, cum eos & dormire dixerint poetæ, & potionibus atque coniunctis indulgere, & Veneris stimulis mirificè exagitari. Quis enim nesciat somnum & epulas esse ob corporis debilitatem, cu ille ad labores corpus reficiat, hæ ad naturæ vim conseruandam requirantur? Inde effectum est ut Alexander Macedo se Deū esse adulatoribus predicantibus responderit, se longe diversa a diuina natura experiri cum & somnum, & Veneris titillationes sentiat. Quod si horū Deorum natura deficiente nutrimento deficeret, & ad libidinem illi incitan tur, qui possunt nō esse mortales, aut qui potest eorum genus nisi reparetur, non deficeret? Non sunt igitur Dii illi antiquorum, sed fabulæ illæ partim naturæ res occultas habent, partim mores informant, partim sunt inania vulgi figmenta, ut dicebamus.

Quæ patet Dei antiquorum facies sempiterni. Cap. I.X.

Atque ut pateat veta esse illa, que dicta sunt hactenus de Deorum antiquum mortalitate, quid de Ioue ipso principe omnium Deorum scriptum fuerit à poetis consideremus, quem modo patrem, modo Regem omnium Deorum vocarunt, sicuti Homerus in primo odyssæ,

Hos ita compellat hominum pater, atque Deorum modo sempiternum, ut Virgilius lib. 1. Aeneidos in his significauit;

o qui res hominumque Deumque
Aeternis regis imperii, & fulmine terres.
& Orpheus in hymnis;

Iupiter o venerande, Iupiter sempiternæ,
quem cundem facit rerum omnium autorem, ut ex his patet;
Iupiter alme tuo sunt omnia munere nata.
Diva parens Tellus, præcelso vertice montes,
Et maria, & quidquid cœlum complectitur altum.

Hunc tamen sempiternum Iouem, & rerum omnium autorem, Virgilius in Dictro monie Cretæ nutritum existimauit, quem etiam ab apibus educatum fuisse scribit lib. 4. Georgicorum, ut patet in his carminibus;

Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canores
Curetum sonitus, crepitantiaque æra fecutæ,
Dictro cœli Regem pauere sub antro.

Sed illud magis mirum fortasse videbitur, quod neque tamen certum est ubi educatus fuerit hic præclarus & illustris antiquorum deorū pater. Melissenii enim apud se natum & educatum fuisse Iouem contendebant, culus osq[ue] debant apud se incunabula, & à Neda Ithomeque nutricibus, & à Curetibus seruatum fuisse affirmabant, ut ait Pausanias in rebus Melisseniacis. Hæc ipsam de Iouis ortu contentionem ita attigit Callimachus in hymnis;

quæ, ex p[re]dictioribus, exp[re]cipiuntur.